

Evangelium

Dominus vobiscum. **R.** Et cum spí-ritu tu-o. **V.** Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Marcum. **R.** Glóri-a tibi Dómine.

In illo témpore: Cum turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod

manducárent, convocá-tis discípu-lis, a-it illis: Misére-or super turbam:

qui-a ecce, jam trídu-o sústinent me, nec habent quod mandúcent: et si


dimísero e-os jejúnos in domum su-am, de-fí-ci-ent in vi-a: quidam enim

ex e-is de longe vené-runt. Et respondérunt e-i discípu-li su-i: Unde il-


los quis póterit hic saturáre pánibus in so-litúdine? Et interrogávit e-os:

Quot panes habé-tis? Qui dixérunt: Septem. Et præcépít turbæ discúmbere


super terram. Et accípi-ens septem panes, grá-ti-as agens fregit, et dabat




discípulis suis, ut apponerent, et apposuerunt turbæ. Et habebant pi-




sculos paucos: et ipsos benedixit, et iussit apponi. Et manducaverunt,



et saturati sunt, et sustulerunt quod superaverat de fragmentis, septem



sportas. Erant autem qui manducaverant, quasi quatuor milia: et dimi-



sit eos.